Petrus Thomicki Episco: Przemisliens
Ioanni Lubranski Episco: Posnanien

61

Rndme in Christo Pater et Dnē
Domine Colendissime —

Quando mihi reddiderat Literas Vestræ Reverendissimæ Dominationis Dominus Nicolaus Frater meus, egi cum inde Regia de his, quæ in Captione beneficiorum nunc Romæ agantur, et de hujus indignæ et perniciosæ rei suggestoribus. Ejus jussu fecit scribi Literas ad Summum Pontificem et Dominum Cardinalem Sctæ Crucis, ut voluit Vestra Rndma Dominatio. Quas Illi jam dudum misissem, nisi Ciszek Juvenis Domini Castellani Posnaniens, per quem illas mittere volui, esset hic ægritudine correptus, et quia adhuc languet, mitto eas per Valkier, simul et earum exempla —

Profectus Dominus Archiepiscopus, cum Domino Palatino Cracoviens in Hungariam, ut adessent in illo Conventu Ordinationi de statu Serenissimi Domini

Ludovici Re-

Domini Ludovici Regis, et facta est certior Mtas Regia, nihil ibi neque tumulti, nec=que Dissensionis alicujus esse. Proindeque spes bona est, et ego nihil Dubito, quod ita componentur omnia, ut melior ordo fiat quam vivente Illius Mtis Parente —

Hic apud nos nihil usque huc novi est, quod scribam: continet se hostis in=tra fines suos nihil inceptans. Nos etiam expectantes illinc Nuntium Cesaris, qui gratiā tractandæ pacis, illuc est missus, nihil prorsus agimus, nihil hactenus com=pertum de eo habemus, nec quid novi affer=ret scire possumus. Itaque Difficillimum est judicare, quorsum res Declinabit, et o=mnino, priusquam finis aliquis fiat, cum ipso hoste, nihil poterit Determinari, de rebus Regni et matrimonio, quamvis scribat mihi Rndus Dominus Cardinalis Gurcen. venire huc brevi debere, nuntium ad Mtem Regiam, in eo nego. Et ita spero quod hic tractari res poterit —

Cæterum scribit etiam mihi secretó Ipse Dominus Cardinalis, quod etiam Rndma Dominatio Vestra secretum habere

Dignet.

habere dignetur. Legisse diligenter apud Cæsarem, Dominam Ducem Masoviæ, ut scriberet mdi Regiæ, suadendo Illi, quò duceret Ejus Filiam in Uxorem, et Cæsarem quidem, pro conjunctione sua, cum illis Ducibus non potuisse se honeste excusare, verum se hoc contra sententiam suam scribere, et ob hoc non debere mdem Regiam, aliquid inde aliud existimare, de Illius Cæsareæ mde, quam quòd cupiat, ut Neptem suam ducat Dominam Leonoram, et voluit Ipse Dominus Cardinalis, ut id prædicerem mdi Regiæ, quæ et miratur, et ægre ferd, tantam importunitatem, et impudentiam Istius Ducis, quasi mdas sua cogi deberet ab aliquo, ad matrimonium præter suam voluntatem. Hæc omnes sund artes illius omnifarij artificis, qui humana et Divina omnia permiscet_

Scripserat ante Dominus Episcopus Varmiens., utrumque magistrū Prussiæ et Livoniæ, delectum Gentium suarum fecisse, et parasse se, ut pro conciliandā gratiā Ducis Moschoviæ, vel irruptionem faceret ad Terram Samogitiæ, vel

Civitatem

vel Civitatem Elbingene obsiderent. verum scripsit deinde alias literas, quarum copiam mittere volui, Vestræ Rndmæ Dominationi, ut ex eis intelligeret, quid cum Cæsarea mde agatur et qualiter Illa erga nos sit animata. quæ deinde spes sit ex Moschovia et matrimonio. Liquet enim Cæsarem jam non dissimulare de Ipso matrimonio quod non solum debilitabit animos, et spes inimicorum, sed etiam, conatus improbos confudet —

In negotio Domini Swidue Fratris mei, feci diligentiam apud mde Regiam. ut fieret satis voluntati Illius. verum mdas sua respondit, se juste id facere non posse. ut deberet processum causæ alicujus injustæ. vel continere, vel retrahere ad se, aut Conventum Generalem, sine provocatione partis alicujus, nec licere sibi facere alicui præjuditium. Itaque obtinui Literas ad Dominum Palatinum Lublinensem ut Ille Dominum Siemienski per amicam operam, quoquomodo induceret, ad id, ut contineret se, à processu litis, et suspenderet omnem causam, ad Conventu Generalem.

Quod itid

Quod itidem, Vestra Rndma Dominatio illi scribere dignetur. Scio enim, Ipsum Dominum Palatinum Lublinen, libenter Illi servire et morem gerere. Aliud profectò obtinere non potui, unde Regiā se justis et decentibūs rationibūs excusante. Alia pro quibus scripsit Vestra Rndma Dominatio in rebus Domini Swiduae reservibo Illi. - Datt. - Anno Domini Millesimo Quingentesimo Decimo Sexto -